



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Thebano Archiepiscopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

ut de tam devoto & gloriofo filio sedes apostolica gratuletur , & in ejus amore quietificat. Ad indicium autem quod præcriptum regnum beati Petri juris existat , pro amplioris reverentiae argumento , pro genitorum tuorum vestigiis inhærendo , statuisti duas marcas auri annis singulis nobis nostrisque successoribus persolvendas : quem utique censum ad utilitatem nostram & successorum nostrorum Bracarense Archiepiscopo , qui pro tempore fuerit , tu & successores tui curabitis assignare. Dernerimus ergo ut nonnulli omnino hominem liceat personam tuam aut heredum tuorum vel etiam præfatum regnum removere perturbare , aut ejus possessiones auferre , vel ablatas retinere , minuere , aut aliquibus vexationibus fatigare. Si qua igitur &c. usque districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem regno & Regi sua jura servantibus &c. usque premia eternae pacis inveniant. Amen. Datum Laterani per manum Iohannis sanctæ Mariæ in Considin Diaconi Cardinalis S.R. E. Cancelarij xvi. Kal. Maij, Indictione xv. incarnationis dominice anno MCCCXII. pontificatus vero Domini Innocentij Papæ III. anno xv.

*NOBILI VIRO GVIDONI
de Polenta.*

Epiſt. 15.
Recipitur sub
protectione
B. Petri.

Cum à nobis petitur &c. usque perdu-
catur effectum. Eapropter &c. usque
aflenu , personam tuam cum omnibus bo-
nis qua in præsentiarum rationabiliter pos-
sides , aut in futurum justis modis præstan-
te Domino poteris adipisci , sub beati Pe-
tri & nostra protectione sumpcimus. Spe-
cialiter autem fundum Burgandent. Fra-
senerum , Casacutulam , & res alias in Lu-
censi diocesi constitutas , quas felicis me-
moræ Gregorius Papa prædecessor noster
tuis progenitoribus intuitu devotionis
quam ad Romanam habebant Ecclesiam
dinoſcitur concessisse , prout in ipsius pri-
vilegio continetur , sicut prædicta omnia
juste ac pacifice possides , nos tibi sub an-
nuo censu duodecim solidorum Lucensem
auctoritate apostolica confirmamus & præ-
sentis scripti patrocinio communimus.
Nulli ergo &c. protectionis & confirmationis &c. usque incursum. Datum La-
terani ii. Idus April. anno decimoquinto.

THEBANO ARCHIEPISCOPO.

Epiſt. 26.
De sublevanda
paupertate E-
piscopi Zara-
toniensis.

Venerabilis frater noster Zaratonien-
sis Episcopus in nostra proposuit præ-
sentia constitutus quod Ecclesia suæ adeo
sunt tenues facultates quod ex eis vix pos-

set honestè unus Canonicus sustentari. Ne
igitur propter inopiam temporalium no-
men episcopale vilescat , fraternitati tue
per apostolica scripta mandamus quatinus
eidem provisionem honestam studias affig-
nare , ut idem curæ populi sibi commissi
commodius intendere valeat sollicitudine
pastorali , nec propter defectum tempo-
ralium compellatur se secularibus negotiis
implicare. Datum Laterani v. i. Idus
Aprilis , anno decimo quinto.

In eundem ferè modum scriptum est super
hoc Archiepiscopo Thessalonicensi & Episcopo
& Archidiacono Davalensis usque seculari-
bus negotiis implicare. Quocirca discri-
ptione vestra per apostolica scripta manda-
mus quatinus dictum Archiepiscopum ad
hoc moneatis prudenter & efficaciter in-
ducatis. Quod si non omnes &c. duo &c.

*NOBILI VIRO M. DOMINO
de Gravia.*

MAgister Hugo Archidiaconus Da-
valensis gravi nobis conquestione
monstravit quod quidam Graci de Gravia
in eum , Dei timore polposito , manus
temerarias injecerunt , & sibi graves inju-
rias irrogarunt. Cùm igitur iidem , sicut
accepimus , excommunicationis senten-
tiā vilipendant , & iidem , qui spiritua-
lem non metuunt , temporali districione
debeant castigari , nobilitati tue per apol-
tolica scripta mandamus quatinus malefi-
ctores prædictos , ut super his conquerenti
satisfacient competenter , tradita tibi po-
testate compellas. Datum Laterani vi.
Idus Aprilis , anno decimoquinto.

*ARCHIEPISCOPO ET
Capitulo Thebanis.*

Ad audientiam nostram venerabili
fratre nostro Zaratoniensi Episcopo
significante pervenit quod cum Milites &
Latinis Zaratonensis dioecesis mansionem
habeant apud Thebas , si quando prefatus
Episcopus in eos propter suos excessus senten-
tiā excommunicationis promulgat ,
vos ipso non facitis evitari. Propter quod
idem Episcopus & Ecclesia sibi commissa
ex eis suam non potest consequi rationem.
Quia igitur non est malitus hominum in-
dulendum , discretioni vestra per apol-
tolica scripta mandamus atque precipimus
quatinus parochianos ipsius Episcopi ab
eo excommunicationis laqueo rationabil-
iter innodatos non presumatis de cetero
recipere ad divina , sed eos faciat potius
evitari. Datum Laterani v. i. Idus Apri-